

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Terentivs,|| A` M. Antonio Mvreto|| locis prope
innumerabilibus|| emendatus.||**

Terentius Afer, Publius

Venetiis, 1558 [erschienen] 1559

Scena II.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-723936](#)

H E A V T O N

Nil opus fuit monitore : iam dudum domi ,
Aiunt , præsto apud me esse : egomet conuias moror.
Ibo adeo hinc intro . sed quid crepuerunt fores ?
Hinc à me quisnam egreditur ? huc concessero .

A C T U S P R I M I S C E N A I I .

C L I T I P H O , C H R E M E S .

Ihil adhuc est , quod uereare clinia : hand
n quaquam etiam cessant :

Et illū simul cū nuncio tibi hic ego affuturam
Hodie , scio . proin tu solicitudinem istam falsam , queu
Excruciat , omittas . ch. quicum loquitur filius ? Cl. pa
ter adest ,

Quem uolui . adibo . pater opportune aduenis .
ch. Quid est ? cli. hunc Menedemum nosti ne nostrum ui
cinum ? C. probe .

cli. Huic filium scis esse ? ch. audiui , in Asia . cli. non e
pater , apud

Nos est . ch. quid ais ? cli. uenientem , ē nauī egredien
tem adduxi illico

Ad cenam : nam mihi magna cum eo iam inde usque
à pueritia

Séper fuit familiaritas . ch. uoluptatē magnā nuncias .

Quām uellem Menedemum inuitatum , ut nobiscum ho
die esset amplius ,

Vt hanc lætitia nec opinanti primus ei obijcerem domi
Atque etiam nunc tempus est . cli. caue faxis : non e
opus pater .



ch. Quapropter? Cli. quia enim incertum est etiam, quid se faciat. modo uenit.

Timet omnia, patris iram, & animum amicæ se erga ut sit suæ.

Eam misere amat. propter eam hæc turba, atque abi-
tio euenit. Ch. scio.

cli. Nunc seruolum ad eam in urbem misit, & ego nostrum una Syrum.

ch. Quid narrat? Cli. quid ille? se miserum esse. Ch. mise-
rum? quem minū credere est?

Quid reliqui est, quin habeat, quæ quidem in homi-
ne dicuntur bona?

Parentes, patriam incolumem, amicos, genus, co-
gnatos, ditias:

Atque hæc perinde sunt, ut illius animus, qui ea pos-
sideret:

Qui uti scit, ei bona; illi, qui non utitur recte, mala.

cli. Immo ille senex fuit importunus semper: & nunc ni-
hil magis

Vereor, quām ne quid in illum iratus plus satis faxit
pater.

Ch. Ille ne? sed reprimam me: nam, in metu esse hunc, illi
est utile.

cli. Quid tute tecum? Ch. dicam. ut ut erat, mansum ta-
men oportuit,

Fortasse aliquanto iniquior erat præter eius libidinem:

Pateretur: nam quē ferret, si parentem non ferret suū?

Hunc cine erat æquom ex illius more, an illum ex hu-
ius uiuere? &

Quod illum insimulant durum, id non est: nam pa-

H E A V T O N

rentum iniuriæ

Vniusmodi sunt ferme, paulo qui est homo tolerabilis.
Scortari crebro nolunt: nolunt crebro conuiuarier:
Præbent exigue sumptum: & ea sunt tamen ad uirtutem omnia.

Verum ubi animus semel se cupiditate deuinxit mala,
Necessè est Clitiphο consilia consequi consimilia. hoc
Scitum est, periculum ex alijs facere, tibi quod ex usu
siet.

cli. Ita credo. C H. ego ibo hinc intro, ut uideam, nobis
quid cenæ siet.

Tu, ut tempus est diei, uide, sis, ne quò hinc abeas
longius.

cli. Quām iniqui sunt patres in omnes adolescentes in:
dices:

Qui æquom esse censem, nos iam à pueris illico nasci
senes,

Neque illarum affines rerum esse, quas fert adolescētia.

Ex sua libidine moderantur, quæ est nunc, non quæ
olim fuit.

Mihi si unquam filius erit, næ ille facili me utetur patre.
Nam & cognoscendi, & ignoscendi dabitur peccati
locus:

Non ut meus, qui mihi per aliū ostendit suā sententiam.
Perij: is mihi, ubi adbibit plus paulo, sua quæ narrat
facinora.

Nunc ait: periculum ex alijs facito, tibi quod ex usu siet.
Astutus. næ ille haud scit, quām mihi nunc surdo nar-
ret fabulam.

Magis



HEAVTON OMNI

clin. si nihil maliesset, iam hic adessent. *clit.* iam ade-
unt. *clin.* quando istuc erit?

clit. Non cogitas hinc longius abesse? *&* nosti mores mu-
lierum:

Dū moliūtur, dū comūtur, annus est. *clin.* o *Clitipho,*
Timeo. *Clit.* respira: ecum Dromonem cum Syro:
una assunt tibi.

ACTVS SECUNDI SCENA II.

SYRVS, DROMO, CLINIA,
CLITIPHO.

sy. In' tu? Dr. sic est. *S Y.* uerum interea dum
a sermones cædimus,
illæ sunt relictae. *clit.* mulier tibi adest,
audin' *Clinia?*

Cin. Ego uero audio nunc demum, *&* uideo, *&* ualeo
Clitipho.

clit. Minime mirū: adeo imped.tæ sunt: ancillarū gregem
Ducunt secum. *clin.* perij, unde illi sunt ancilla?
clit. men' rogas?

sy. Nō optortuit relictas: portat quid rerū? *clin.* hei mihi?
sy. Aurū, uestem: *&* uesperascit, *&* non nouerūt uiam.
Factū à nobis stulte est. abi dum tu Dromo illis obuiam
Propere: quid stas? *clin.* uæ misero mihi, quanta
de ſpe decidi.

clit. Quid istuc? quæ res te solicitat autem? *clin.* ro-
gitas quid siet?

Viden' tu ancillas, aurū, uestē? quā cū una hic ancillula

Ego

